

^{13K}
AUSPICE ET DUCE DEO!

De 60

SALE,

DISSERTATIO PHYSICA,

Quam
ADFULGENTE SUMMO NUMINE
Et

Suffragante Ampliss. Facult. Philos.

In Illustri ac Regia Aboe Academia,

Sub PRÆSIDIO

Viri Amplissimi

DN. PETRI HAHN,

Scient. Natur. Prof. Publ. & Bibliothecarii Regii, Præceptoris & Promotoris jugiter devenerandi.

Publico defertur examini,

ad diem 19 Aprilis, Anni MDCCII.

Loco horisque consuetis,

Reg. Stipendiarius.

CANUTUS HAHN,

Smol.

Impr. apud Jo. WAL.

Vi
Admod. plurimumque
Spectatissimi

DN. M. PETRO OSANDRO,
in Rongaharad Præposito meritissi-
mo, Pastori in Lindern & Sandsidd vi-
gilantissimo, Mæcenati suo multum
suspiciendo.

DN. NICOLAO Zahn/
Artis chirurgicæ dudum peritissimo,
Avunculo suo pio adfectu semper
prosequendo.

DN. NICOLAO CORNERO,
Pastori in Bagary vigilantissimo, Fau-
tori & Benefactori colendo.

DN. ANDREÆ AQUILONI
V. D. in Beckelsång & Tingåhs M-
nistro fidelissimo, fautori & amico
pariter observando.

RIS

*Reverendis, Clarissimis,
atq; Doctissimis,*

DN. JOHANNI Kanceli /
Pastori in Wäckelsång / Tingzåhs &
Uhråsa dignissimo, Fautori & Pro-
motori ætatem colendo.

DN. JONÆ Holtman /
Ammiralitatis, Urbisque CarlsCronæ
Chirurgo perindustrio, Cognato suo
devinctis. qvovis honore prosequendo.

DN. THEODORO Abramson /
Maritim. vectigaliū ad Christiern. stad
& Ahuus Ephoro adcuratissimo, Fra-
tri carissimo & de me optime merito.

DN. LAURENT. WERELINO,
V. D. Ministro in Lindery & Sandstō
bene merito, Adfini meo honoratiss.

Obequitanti olim sua agmina Artaxerxi
virum angustioris fortune obvium fuisse
accepimus, qui cum tanto Rege donum dignum
non haberet, aquam e torrenti haustam compli-
catis obtulit manibus, quam Rex alacri animo,
vultuque sereno acceptam hausit, satis gnarus
eum donis majoribus & sua eelsitudine dignis
studuisse, si ita ejus tulissent fortune, quo mu-
nificentie dono instigatus rudem hunc ingen-
mei factum, Vobis, Promotores & Fauto-
res Optimi, dicare haud sum veritus, nota
quod aquam hanc sitiatis; sed prout meus fert
torrens & offerendi facultas: munus itaq; hoc,
exercitium scilicet quaecunq; academicum pie-
tate potius offerentis, quam suo pretio esti-
mate; cumque lucis propriae sit expers, lucem,
quam desiderat à Vestris Nominibus habere
sinite. Et nullam licet meritorū vestrorum por-
tionculam domum hoc levidense exaequet; grati-
tamen animi esse duxi agnoscere & depradicare,
quod re prestare non potui. Adspicite itaq; fronte
benigna hanc gratitudinis meae tesseram, eamq;
ab osorum manibus vindicate. Mei interim erit
officii supremū Numen calidis suspiriis sollicitare,
ut Vobis vitam longevā & felicia quaeq; conced

Nominum Vestrorum

Observantiss: cultor

C. H.

LECTURIS BENIGNIS
SALUS.



Andidis censorum judiciis videar fortassis materiam dignam sistere, sed viribus meis longe superiorem ingeniumque subactius exigentem. Fateor quidem

L. B. me hujus expositioni imparem: Te tamen scire pervelim, non proprio ausu, sed serio eorum suasu, quorum interest, hunc qualemcunque ingenii factum luci me permittere meditatum fuisse, quorum ductu argumenti hujus, de SALE translationem fui aggressus, quod nobilitate qua est atque elegantia, facile in sui amorem, me adhuc inexpertum, quantis difficultatibus impeditum esset, invitaret; ubi autem fores ejusdem, prima fronte aperui oculosq; vel tantillum circumtulit, oppido mihi obvenit, viris hasce juveniles non adeo in eruditorum choro excultas, sed telis fortune graviter sauciatas, voto meo minus respondere. Æquabilitas tamen, que in quavis fortuna servanda est, cujus etiam ope omnis fortuna

tuna

tuna ferendo superanda, animum addidit, illaq;
libertas & sciendi cupido, quam nobis ipsa inge-
neravit natura, bonorum stimulatio atque Tuus
favor spem venie polliceri, satiusque in re no-
bili aliquid audere, quam nil quidquam præ
diffidentia attingere, suadere videntur. Proin-
de ut vel meorum satisfacerem desiderio vel
Tuum ne prorsus negligere favorem, materiam
in vita utilitatis plenam, non ut ejus exigit no-
bilitas, sed ut potuit ingenii mei tenuitas disqui-
sitioni subjicere tentabam, eamque quatuor
Sectionibus leviter adumbrare adnitebar.
Auctorum allegatorum prolixitatem capere
non valuerunt pagellarum angustie, sensum
eorum Tibi, verborum brevitate, qua par est,
exhibere sat putavi, satis autem facere vel o-
mnibus vel paucis in hoc negotio non finit ma-
teriae subtilitas, nec ingenii mei vires, sin vero
uni satisfiat, voti damnatus sum. Tui insuper
animi candorem hosce exiles meos conatus boni
consulturum confido, quod si feceris, animum ad
audenda meliora inflammabis. Faveat itaque
& adspiret cæptis ille, sine cujus Numine irriti
sunt omnes mortalium conatus.



SECTIO PRIMA.

§. I.

Inter tot alia, quæ nos ubiq; circumstant Summi Opificis opera stupenda, haud in medio-crem admirationem, homines ab antiquo deduxit admiranda illa SALIS NATURA, in qua per-
scrutanda, *Aristoteles*, magni olim nominis Philosophus, memorante *Caelio Rhodino* diem præ tædio obiisse dicitur: In cujus cognitionem exactiorem ut facilior nobis pateat progressus, consultum erit in genuinam *Meminis notationem*, statim ab ipso limine, ut monet *Cicero* inquirere; quam mox varia ejusdem excipiet *Significationis acceptio*, eique *realis* subjungetur *Argumenti tractatio*. Vo-

*Antiq.
Lect.
lib. 9.
ca. 8.*

*Off. 1.1.
cap. 2.*

2
Hend- doorn.
Physiol.
p. 196.
Magir.
cap. 3.
de suc-
cis pre-
tiosis
lib. 5. cabulum *Salis* à *Saliendo* nonnulli de-
 scendere volunt, quod in igne ex-
 filiat seu crepitet Sal, Cujus rei ra-
 tio in reali Salis consideratione no-
 bis pateat. Alii autem Sal à *falo* &
sole dictum existimant: quoniam in
 aquis marinis, spuma in extremis
 littoribus relictâ, & à solis æstu de-
 coctâ, gignitur. Nos autem nata-
 les ejus Græcis tutius adscribi pos-
 se putamus, atque sic per meta-
 thesin literarum à græco vocabulo
 ἅλς, quod ipsis etiam sal significat,
 nominis sui originem sortiri, poti-
 ori jure nobis persuademus.

§. II.

Lib. 31.
cap. 9.
Microal-
lex:
Philos.
p. 976. Cum sole & sale, ut submonuit
Plinius, nihil sit utilius, ob co-
 gnitam ejus virtutem, voci huic per
 translationem tot superinductæ sunt
 significationum acceptiones, ut ad
 voluptates quoque animi, & face-
 tias hominum ingeniolas expri-
 mendas transferit. Sicut enim Sal
 suavitatem quandam cum morda-
 ci-

citate habet, & palatum gratè affi-
 cit; ita nec urbanorum joca salis,
 i. e. jucunditatis, judicii & acumi-
 nis expertia inveniri debent. Sic vi-
 tæ leporem, summam hilaritatem,
 laborumq; requiem, non alio magis
 vocabulo, quam *Salis* nomine innue-
 re solent Auctores. Unde *Terent:* qui *in Eu-*
 habet salem, qui in te est: i. e. morum *nueb.*
 decentiam & sapientiam & *Catullus,* *Aët. 3.*
 nulla est in corpore mica salis, hoc *sc. 1.*
 est: nihil venustum, nihil argutum,
 nihil facetum. *Cic:* idem tale & fa-
 cetiis Cæsar vicit omnes. tantum *IX.*
 quoque olim sal habuit usum in sacri- *fam:*
 ficiis Hebræorum, ut nesciò ait *1. Off.*
Kirckerus; quis divinitatis character *Lib. 6.*
 sali sit impressus, quod maxime e- *sect. 1.*
 jus munere in sacrificiis delectari *de El.*
 voluit DEUS. Unde & מלח ברור *terra.*
 Sal fœderis dictum fuit *Levit. 2. 13.*
 יכל קובץ מנחתך במלח תמלח וילח
 תשבת מלח בוית אלהיך מעל מנחתך
 & omnem
appropinquationem muneris tui in sale
salis, & non cessare facies sal fœderis

DEI tui desuper munere tuo, super omni oblatione tua offeres sal. Et Matth. 5. 13. CHRISTUS Discipulos suos Sal terra nominat ὑμεῖς ἐστέ τὸ ἅλας τῆς γῆς. vos estis sal terra. atque sic pretiosissimæ rei, quam terra gestat assimilatur. Sunt præterea varia salis proprie sic dicti genera utpote: *sal nitrum* succus quidam mire flatuosus & ingenti spirituum copia turgidus. *Alumen*; succus acidus ex aqua, lapidum detrimentis & limo aluminoso per variam coctionem concretus. *Vitriolum*; succus itidem acer atque subtilis, particulis metallicis & sulphureo-mercurialibus prægnans, in imis terræ visceribus commixtus &c. quibus omnibus hac vice sepositis *salis communis* naturam & proprietates indagare præcipuus noster erit scopus.

§. III.

Salis communis naturam penitius inspicenti, satis innotescat, granulum ejus quodlibet cumulum esse par-

Achre-
lu Con-
templ.
Mund.
lib. 3.
cap. 3.
Jacob.
Rob.
Tract.
Phys.
Part. 3.
cap. 4.

particularum plurium oblongarum §
 & rectarum; ac primum quidem
 id salis nomine vulgo intelligitur, *Phil.*
 cum sit durum, in aqua tamen dis- *Burg.*
 solvitur, quo quidem titulo alumen, *part. 2.*
 & vitriolum inter sales numeran- *de fos-*
 tur: quamquam forte succi dici de- *silibus*
 beant, quam sales, ut supra monui- *cap. 2.*
 mus; particulæ autem subtiliores, *Tract.*
 quas materiam salis constituere pu- *Phys.*
 tamus, suffragante *Robault:* ad tam *Part. 3.*
 variam inflexionem tantamq; parti- *cap. 4.*
 um disgregationem non fuerunt co-
 actæ, dum poris infigerentur omni-
 no rectis, quam dum iis immer-
 guntur, quorum proplasmata un-
 dulata sunt, per unionem satis stri-
 ctam naturam nactæ sunt solidio-
 rem, quam *aqua & alia corpora li-*
 quida, quæ cum minus materiæ *Swicer.*
 quiescentis seu terrestris continent, *phys.*
 nec figurâ pollent compacta & du- *Aristot.*
 ra, sed instar ramulorum, vel tenui- *Cartes.*
 um filamentorum in quamvis figu- *p. 50.*
 ram agi & varie inflecti possunt. *§. 120.*

§. IV.

Achr.
con-
templ:
Mund:
loco in
supe-
riori
allega-
to.

Sale Teraqueum globum undiquaque esse conspersum experientia artis spagyricæ, si rerum naturalium indolem diligentius examinemus, satis superque docet, nec ullum invenias locum, quem condimenti hujus balsamum non occupavit, cum nihil in triplici mineralium, vegetabilium, animaliumq; regno se offerat, quod coctione, maceratione, distillatione, dilutione tortum, sal nobis non offerat, Voluit quippe divina providentia, tam nobilem dotem in conservationem totius Oeconomix ubiq; exundare. Sic latet in terra spiritus salis invisibilis, qui rebus omnibus consistentiam virtute sua fixativa confert, utpote sine qua, nullum corpus consistare aut fixari possit. *Kirekerus*; quod sane in fructibus saporem identidem mutantibus experiri licet, qui enim acres & amari antea fuerunt, tandem dulcescunt: sic *allium* & *cæpe* coctione mitescunt, & aqua infusa

de El:
terra
p. 298.

Anton
le Gräd
Hist.

ma-

macerantur, & acrimoniam depo- 7
nunt: nam cum ignis vel solis calor *Nat.*
partes eorum pervadat, poros quo- *de ob-*
que laxat, viamque rigidis & salis *viis*
particulis, in quibus sapor eorum *Plant.*
austerus consistit, ad exhalandum *qualit.*
aperit; hinc fructus maturescendo *art. 3.*
suaviores efficiuntur; quia humore *§. 6.*
discusso, & in auras abeunte, salis
amoniaci vel aliorum portio una
discedit, iis duntaxat relictis, quæ
fructibus suavitatem conciliant.
Nec alia ratione allium & cæpe &
hujusmodi plura aquâ macerata le-
niora evadunt, mitiusque gustus or-
ganum pulsant, quam quod salis
particulæ, particulis ipsius aquæ
implicitæ exsolvantur, cum ipsis ex-
primantur & avolent.

§. V.

Hinc apprime se prodit *primum*
principium chymicum salis nomine
insignitum, quo ipso intellectum
volunt Philosophi succum quen-
dam acrem ex teretibus atque ri-
gi-

8 gidis salis particulis chymistarum
artificio conflatum, eorumq; factis
experimentis primo detectum. Et
differt hoc à sale communi præfer-
tim ratione puritatis atque subtili-
tis, cum hoc præter acrem succum
istum chymicum, salis naturæ pro-
pinquissimum; etiam sulphur seu o-
leum, & mercurium seu liquorem
quendam spirituolum in se continet.

Instit: Unde *Bassa* citante *Sperl.* inquit *vix*
Phys: *ulla res est, è qua non eliciuntur à chy-*
l. s. c. 4. *mistis tres nature valde inter se diffe-*
Exercit *rentes, quarum, quæ subtilior est & vo-*
ejusd. *latilior, spiritum vocant seu mercurium,*
de efflu- *quæ vero crassior & pingvior, Oleum vel*
vius l. 5 *sulphur appellatæ; quæ vero omnium*
Exer. 4. *maxime fixa est, sal istis nominatur.*

Ro- Et quidquid tandem ab artificio
haut: Chymistarum in eorum ergasteriis
Tract: sic prodit; naturali quoque modo
Physic. in terræ visceribus oritur, ubi suc-
part. 3. ci interdum acidi & corrosivi oc-
cap. 4. currunt, sali chymico vel aquæ forti
§. 40. haud absimiles, quibus vis inest o-
mne genus corporum etiam solido-

dio-

diorum, infinitis ferme modis dis- 9
solvendi. hinc *Cartesius* de Sale chy- *Prin-*
mico in meatibus terræ ita differit: *cip.*
particulæ quarum materia paulo soli- *Phil.*
dior est, quales sunt salis, meatibus *part 4*
terræ interceptæ atque contu- *§. 61.*
læ, ex teretibus & rigidis, planæ &
flexiles redduntur, non aliter, quam
ferri candentis virga rotunda, cre-
bris malleorum ictibus potest com-
planari: cumque interim hæ par-
ticulæ vi caloris actæ, hinc inde per
meatus istos serpant, duris eorum
parietibus allisæ atque affricæ in
succos quosdam acidos & acres
vertuntur, qui hac ratione à prin-
cipio chymico discernuntur, quod
naturæ non artis opera prodeant
& deinceps cum terra metallica
concrefcant.

SECTIO SECUNDA.

§. I.

Salis communis, prout e diversis
globi terraquei locis provenit,
variæ sunt species: est namque
B vel

vel *Nativum* ut fossile, quale in Calabria & Polonia è *montibus eruitur*;

Olaus Magn. de humano victu lib. XIII. cap. 5.

aut è *Campis effoditur*, aut ex *arenis colligitur*, nec alia indiget præparattone, nisi ut contusum mensæ apponatur, & si terrestribus glebis contaminatum fuerit in aquam dulcem coniectum purgatur.

Ejusmodi montes salini sunt, in Europa Alpes; in Asia Caspii, & in Africa *plurimi*, nec non in America circa littora S. Michaelis, ubi Salina laxa scopulorum instar spectari, ex itinerariis refert *Kirck*; vel

Philos. Burg. Phys. part. 2. de Fossilibus cap. 4.

Artificiale seu factitium, sicque ex *vegetabilibus*, *animabilibus*, *urinis* aliisque rebus naturalibus sal olim, ad cibos condiendos extrahebant.

E salsa maris aqua *sal* oritur marinum, idque duplici ratione. *Primo* spontanea efflorescentia, quando maris fervens æstus, in spumas actus, ad litora scopulosque succum salinum devolvit, ubi calore solis siccatus, instar albicantis farinæ sese tractabilem reddit, quale sal apud

nos ad littora maris alicubi depre- 11
hendere licet. *Secundò*, artis indu-
striâ, idque modo eo, quem in Se-
ctionis 3. Paragr. II. expositum da-
bimus.

§. II.

EX aqua pariter fluviali, lacustri
& fontana sal coctione & distil-
latione extrahi solet, quippe licet
præ se ferat maximam puritatem,
impura tamen est ratione variarum
atomorum, quæ disjunctæ sensum „
fugiunt; conjunctæ non tantum vi „
tu sed & tactu percipiuntur inquit „
Kirck: Est tamen ea inter *sal fossile*, *lib. Hy-*
marinum & fontanum differentia, *drogr.*
quod *fossile* indilutum sit, nullaque *3. cap. 3.*
egeat exhalatione, marinum vero
& fontanum aquis ita immiscentur,
ut vi externa indigeant, quo lepa- *Hist.*
rentur & corpus durum constituent. *Nat.*
Anton le Grand. Inter nativum vero *Art. 3.*
sal, quod naturæ beneficio, & sa- *p. 214.*
ctitum quod artis dispositione ela-
boratur, nulla essentialis seu speci-
fica differentia expectanda est: ars

enim sal producere non potest, ut loquitur *Hendoorn* nisi præsupponatur ea naturalia principia ex quibus sal proxime proficiscitur; *Ars* itaque principium salis tantum est remotum, *Natura* vero proximum; cum *ars* externum tantum adhibet ministerium, ipsa vero vis salis producendi à natura proxime emanat.

SECTIO TERTIA.

§. I.

Cum de natura salis diversa diversorum existant sententiarum divortia; ex illis unam alteramve nobis examinandam assumere lubet. Sunt quibus in hac opinionum varietate placet, substantiam *salis* esse sudorem ipsius terræ, quod ex analogia corporis humani cum *Geocosmi* convenientia probare satagunt, sicut enim corporis humani sudor, urina & excrementa ob actionem caloris vitalis falsa sunt, ita parili ratione sudorem

rem terræ ob solis calorem falsum esse oportere, affirmat *Aristoteles. Meteor. libr. 2. cap. 7.* Verum magna licet analogia respectu occultarum quarundam venarum & fibrarum, intercedat; maximam tamen dissimilitudinem in hac conformitate adnadvertere licet: alias sudor terræ non aliter ac corporis humani, totus falsedinem præ se ferret, adeoque nupiam in terra, aqua dulcis daretur, cui sudor terræ falsus non immisceretur. Fallit præterea, quod calorem vitalem ut causam immediatam excrementorum & urinarum falsedinis assignat *Philosophus. Instit. Phys. lib. 4. cap. 3.* Unde recte *Sperlingius: qualis cibus talis sudor, non ob humorum adustionem, sed ob salem cibo ac potui permixtum, sic perperam quoque asseritur Calorem salis, causam efficientem proximam esse falsedinis terræ & aquæ marinæ; nam si hæc salis ustione falsa evaderet, idem in aqua dulci calor quoque efficeret, quod experientiæ reclamat. §. II.* *Varenius Gen. part. lib. 1. prop. 8.*

Com-
ment:

Philof.
libr. 5.
cap. 3.

Magiri autem de salis formatione hæc fuit sententia, quod ex

commixtione aquæ salis atq; particularum terrestrium sal oriatur;

quando scilicet combustione solis particulae aquæ in vapores exagitantur, terrestribus relictis. Cujus

verba hæc sunt: Causa efficiens salis

est solis aliorumq; astrorum calor,

qui ex materia salis partes tenuiores & dulciores extrahens, terreas

relinquit, easq; percoquendo & adu-

rendo salis reddit: duo namque in-

quit ad salum laporem requiruntur; particulae terrestres, & earum

adustio. ex uno fit sapor, ex altero autem falsus sapor, ad cuius asser-

tionis infirmitatem ostendendam, nobis impræsentiarum sufficiat in

medium attulisse verba Jacobi Ro-

bault, qui eos tota via errare affirmat, qui maris falsedinem inde occurrere ajunt quod illius aquæ à sole comburantur: nullius enim astri calorem, imo nè flammæ quidem a-

quam

Tract.
phys.
part. 3.
cap. 4.
§. 34.

quam dulcē in salam permutasse
constat, gratis quoque adstruitur
saporem in partibus siccis solum-
modo consistere hoc ipse enim ab
odore potissimum differt, quod o-
dor in particulis siccis & tenuibus;
sapor autem in crassioribus & hu-
midioribus consistat, quod etiam

Aristoteles hisce verbis innuere vide *Lib. 2.*
tur: ut sapor est humidus, ita odor est *de Ani-*
siccus. Unde si corpus lapidum, quod *malib9*
actu humidum non est, linguæ ad- *cap. 9.*
moveatur, sapor ejus percipi ne-
quit, nisi saliva humectetur, hinc
etiam est, quod lingua arida res
siccas quidem tangat, non vero gu-
stet, *Aristoteles* loco citato & *Suicerus Phys:*
nihil sapidum sentitur sine humore. *Erot*
Frustra quoque assignat *Magirus mat:*
terreis particulis sibi relictis sapo- *S. 4^{ta}.*
rem: cum enim sal sit mater omnis
saporis; *Sperlingius*; sequitur ne la- *De mi-*
porem quidem absque eo dari, ter- *ra va-*
ramque hoc destitutam insipidam *rietate*
esse, quod *Kirckerus* experimento *terra*

15 vitri probat, quod licet vera terra sit igne lota, insipida tamen sterilis & infœcunda deprehenditur, cum vi caloris plurimum virium suarum perdiderit, saleque destituta remanserit.

§. III.

Neque fas est concludere cum Anaxagora falsedinem ex limo terræ provenire, qui putabat hoc ipso, quod flumina in mare ingenti limi mole labuntur, illud falsefcere: quidquid enim salis hoc pacto amnium affluxu in mare detruditur, mineris vel montibus salinis, in terra reconditis adscribendum est. Nec minori vanitate turget eorum sententia, qui ut gelu à frigore, ita quoque sal concrefcere statuunt, quorum meminit *Magirus* & habere similem ei generationem. Si enim Sal à frigore concrelceret, à calore dissolveretur: celebratissimū enim est in ore Phisicorum à contrariis dissolvi rem quamcunque iis a quibus compacta est. Jam vero

Sal

Comm.
Phys:
lib. 5.
cap. 3.

Salâ nulla re minus solvitur quam â calore: siccat enim magis & induratur ab igne, dissolvitur vero ab aqua, ut propterea â frigiditate non confringatur.

§. IV.

Hisce pro instituto præmissis, asserere non veremur falsedinem maris aliorumque corporum naturalium neque sudori, neque fimo ipsius terræ, neque particulis terrestribus exsiccatis & adustis; sed propriæ ac unicæ salis substantiæ adscribendam esse, quæ uua cum cæteris mundi speciebus â DEO Optimo Maximo in ipso rerum primordio producta fuit, tum ad totius perfectionem, tum corporum aliorum genesin atque fœcunditatem. *Jonston: citante Sperlingio, Instis. phys: lib. 3.* *enque salis substantia vim deinceps sese multiplicandi, juxta leges naturæ modumque quem in thesi 3. Sectionis I adtulimus, accepit.*

C

§. V.

Duplici autem de ratione Conditorum mari salcedinem indidisse haud male statuitur (quæ sive à salis particulis oritur, quas ipsi coævæ esse satis probabiliter ex superioribus liquet. Unde & frustra de earum ortu quæstio moveretur: sive in mari ut in terra quædam salis fodinæ ac dissolutæ insint, quæ fortassis renascuntur; ut colligit *Philos. Burg:*) ut nimirum pisces qui ex maris salcedine delicias capiunt, aptum inde piscerentur domicilium, atque ibi speciem suam copiosius propagarent & multiplicarent, quin & ut navigationi & ponderibus sustinendis idoneum esset, de priori non ambigendum, cum in mari generentur tam raræ molis pisces, ut loquitur *Curtius*, magnarum navium corpora æquantes, qui alibi nec habitaculo locum inveniant, nec unde sustentari possint, accipiant, de posteriori tanto minus dubitandum, quanto certius docet experientia

ma-

part. 2.
de meteoris
cap. 4.
p. 426.

lib. 10.
cap. 1.

mare *Solidis & crassis* partibus con- 19
 stare, quæ in minus spatium con- *Cartes.*
 trahi possunt, ac proinde imposita *cap. 4.*
 onera facilius sustinet, nec illa si- *de me-*
 nit demergi: ut refertur de Alphas- *teor.*
 tite lacu qui cum *falsissimus est*, p. 134.
 hominem manibus pedibusque, *Anton:*
 ligatum dorso suo sustinet. Nec *le*
 aliam rationem substernere possu- *Grand.*
 mus, cur navis in portu altius im- *Art. 5.*
 mergatur, quam ubi in altum pro- *de ma-*
 vecta est, quam quod aqua, quæ *ri.*
 portum replet propter aquæ dulcis
 misturam, quæ tum ex fontibus
 tum ex fluviis confluit levior est
 multumque suæ soliditatis ac gra-
 vitatis amittit.

§. VI.

Traditis iis quæ ad salis commu-
 nis naturam spectare visa sunt,
 haud incommode ad incudem exami-
 nis revocamus falsedinis copiam, ra-
 tione locorum, quæ cum plane inæ-
 qualis sit, & de ea varii varias foveat
 sententias paulo fusius eandem per-

20 tractandam aggredimur. Cum vero fundus maris aliter & aliter sese in diversis Oceani Mariumq; districtib⁹ habeat diversisque proprietatibus, viribusque tum fundi, tum littoram pro ratione loci & dispositione terrestrium portionum, polleat; mare in fundo quam in superficie, non nunquam in littoribus quam in fundo aut medio Oceano, majori salitudine abundare, multis probat *Kirch.* dicens: si mare transierit per mineram sale refertam, aut hiatus spiritibus volatilibus salis, ab ignibus subterraneis sublimatis, pervium invenerit, tum certum est, mare in fundo quam superficie falsius esse, cum eidem immediate à subjectis salis venis perpetuo copiosa salugo communicetur. Inter illos qui hanc sententiã fovent, agmen claudit *Colleg: Burg:* asserens loco in superiore citato, multos esse in alveo maris, salinos montes, Cum tota pene insula quæ *Ormuz* dicitur, nihil sit præter durum & candidum Sal. neque ullus

lib:

Hyd: 3
cap. 4.

Phyf:
part. 2.
cap. 4.

fere in illa insula puteus aquæ dulcis occurrit. Cujus cognitionem nostræ non facimus investigationis: quin lubentes aliis profundiori rerum cognitione & scientia subactis id negotium relinquimus pique aliorum informatione contenti, iisdem, quæ in superioribus attulimus, insistimus vestigiis.

§. VII.

NEC minus probabiliter conjicere possumus, fundum maris falsius evadere, si consideremus particulas salis, pro ut jam sunt aquis marinis imixtæ, ipsi coævas esse. Chymistæ sal admodum fixum esse probarunt atq; sic in vapores difficilime solvi animadvertunt: nam præter gravitatem, quæ major est quam in aqua, certissimum est admodum difficile esse ut Vorticis modo ascendat, quod accidit aquæ partibus, quæ in vapores attolluntur. Quia rigiditas illius partium, quæ invicem colluctantur obstaculo esset e-

Robault. cap. 4. §. 10.

22 *justi*modi motui: Sic non alio modo
quam punctum liceret illis progre-
di: atque in eo situ cujusvis partis
extremitas una terram spectat, con-
tingit gravitatem innatam plus posse
in iis fortiter deprimendis quam
materiam subtilem sive spirituolam,
quæ earum apicibus se applicat, in
iis fortiter pellendis. *Non miramur*
ergo aquam salis dulci pondero-
sioris esse, cum partibus magis
constat crassis, ac solidis *ex hoc e-*
nim gravitas pendet. Nequit ergo
hæc quidquam obstare, quin præ
innata gravitate ea ad invicem jun-
ctæ detineantur, ac proinde cum
corpus durum componant, fundum
petant.

§. VIII.

UT vero manifestum evadat quod
maxime consideratione dignum
putamus, quomodo particulæ salis,
ut ut fundum petant, universum ma-
ris corpus, usque ad superficiem per-
vadere marique perfecta mixtione

con-

contemperare possunt. Advertendū 23

est quod aquæ ea sunt natura ut ju-
gi motu cientur, & ab eo non ces-
sant salis particulas interlabendi & *idem*
se ipsis annulorum instar, circum- *auctor*
volvendi, atque ita ordinandi & di- *cap. ci-*
sponendi, ut facilius motum con- *tato.*
tinuare queant atque etiam celerio-
rem habere quam si solæ essent. ru-
pro idcirco paulatim earum nexu
illos a se invicem dirimunt & conti-
nuitatem abrumpunt atque facile
cum his partibus intricantur ac im-
misceantur, & cum libero motu hac
illacque feruntur sursum de partibus
salis fere tantum revehant quantum
ex eis illius gravitas præcipites de-
dit. Experimenti loco affert le Grand *Art. 6.*
vitrum aqua refertum inquires: licet *§. 3.*
aqua intra vitri Cavitationem con-
tenta quiescere videatur, & nullam
agitationem sensus nostri deprehen-
dant, nihil Obest, quo minus aliquæ
ab imo vitri sursum ferantur & aliæ
â summo deorsum, & aliæ â dextra
ad sinistram & è converso a sinistra
ad

24 ad dextram pergunt. Quo fit ut a-
Geogr. qua statim Salem dissolvat & ejus
Gen. partes ab invicem separet seq; illis
part. pro sua flexibilitate insinuat ut in
absol. sua minima resoluta parum ipsius
libr. 1. aquæ prævalet gravitate. Unde et-
prop. 9. iam juxta Varenium & Colleg.
part. 2. Burg: *Spiritus nomine veniant particule*
de me- *aquis intricata, fixi autem fundo in-*
teoris *herentes: quas necesse est velut co-*
cap. 4. lumellas existere, sic enim facilius
p. 428. sustinentur. Hinc aqua marina est
aqua pluviali pellucidior: nam mate-
ria subtilis partes aquæ circumagit
non inflectit, cum eæ sint a se invi-
cem sejunctæ; non sibi mutuo im-
plexæ, ut Crines inquit idem auctor
pectinis dentibus discriminati faci-
lius Calamistro Crispantur.

§. IX.

Hoc autem maxime dignum pro-
latu habeatur quomodo scilicet
partes Salis, ab aquæ partibus se
liberant, ac tandem in superficie a-
quarum collectæ, grana constituent;
sci-

sciendum est quamquam in vapores
 difficilime solvatur sal, ideoque ob
partium suarum rigiditatem, quæ mo-
 tui ejusmodi obstaculo esset: ut
 ostendit paragrahus septima hu-
 jus sectionis, negari tamen non
 potest; tempore calido dum aqua
 marina procellis agitatur, *quasdam* Cartes.
salis partes ab aquæ dulcis partibus cap 3.
abripit, quia ut plurimum minor *meteor.*
 occurrit resistentia ex parte aëris *de Sale.*
 superius constituti, quam ex parte
 corporum à lateribus & infra exi-
 stentium; quæ multifariam sese con-
 cutiunt & undique se invicem pro-
 pellunt, salis tamen particulæ ma-
 xime solidæ & agitatae ab aquæ
 partibus, secretæ atque desertæ pro-
 pria gravitate præcipites deferun-
 tur in aquam ejusque superficiem su-
 pernatant eadem ratione, qua aci-
 culas Chalybeas aquæ innatare
 compertū habemus, donec eæ, quæ
 in posterum decidunt, sibi mutuo
 incumbentes, initium formationi
 grani præbent, cujus latitudo au-
 gescit pro ut crascescit; quia sem-
 per

26 per plures salis particulae à lateribus collocantur ad compositionem laminae superioris, quam ab initio accesserint ad constitutionem inferioris. Cum autem nullum amplius salis fixi vestigiū in vapore attracto relinquunt, facile intellectu erit vapores hosce condensatos & in imbres & pluvias resolutos, qui sæpe versus polos recidunt, maximè dulcem spargere aquam.

§. X.

Quibus animadversis rationi consentaneum est, ut credamus, sub Zona torrida seu æquatore id cæteris partibus falsius esse; Quia sol qui illuc maxime fervescit & radiis suis perpendicularibus id perpetuo ferit, è maris superficie tenuiores dulcioresque partes attollit & in vapores exagitat, *rigidis & crassioribus relictis*, quo enim vehementior est solis æstus, eo magis aquarum exteriora concutiuntur, pluresq; ejusmodi vapores educuntur, unde mare calore æstuque solis incumbentis mirum in modum sal-

Jacob
Roba.
cap. cit.
Phil.
Burg.
part. 2.
de mi-
ner. c. 4
vid: hac
de re

§: 2.
sect. 4

Varenig
Part:
abf:
Geogr:
Gen:
lib. 1.
prop. X.

sefcit, in faxosis etiam littorum fossis 27
maris mediterranei, in quas vento-
rum impetu, mare diffunditur spon-
te sal, adustione solis, magno incola-
rum emolumento concrefcere pro-
bat Kirckerus. Luculentissimum ergo
signum est aquam marinam, quantis
vehementioribus radiis everbera-
tur, tanto copiosiore salem pro-
ducere & falsius fieri.

lib. 3.
byd:Co-
roll. 2.

§. XI.

Qui vero artis industria ex falsa
maris aqua sal præparant, loca
depressa ad maris littora eligunt,
lacunisque ibidem ad magnam al-
titudinem excavatis in eas aquam
salitam, mari exundante, adducunt,
eamque cavernis exceptam; agge-
ribus oppositis, asservant cujus pars,
solis ardore accedente, in vapores
solvitur unde quod superest, magis
sal sapit: aqua autem hæc per par-
vos canales elicitor, similes ambu-
lacræ, quæ areas hortorum distin-
guunt, eorumque fundo lutum in-
stratum est, quod vix aqua perva-

38 dit: quæ cum æstate peraguntur, aqua dulcis soluta in vapores mature abit, atque sic grana salis supra aquam in canalibus restitantem efformantur: grana autem illa figuram ferme cubicam æmulantur, nisi quod tabula superior quadrata inferiori major efficitur; quatuor verò latera aliquantulum sunt convexa; præterea superficies superior in medio plerumque cava: cum grana prima ita formata fuerint, & ad certam magnitudinis suæ molem sint redacta, fundum petunt, aliaque minora sursum cogunt; quæ sese parili ratione in aquarum superficie uniunt, donec aqua tandem tota exsiccata sit, tunc sale

Tract. Phys. part. 3. c. 4. §. 18. Philos. Burg. part. 2. cap. 4. p. 426. collecto, aqua denuo inducitur ut aliud eodē modo conficiatur *Robault.* Hoc autem in mari hyperboreo ideo non fieri certum est, quia intensissimi frigoris vehementia, continuæ pluvix, nives perennes atque grandines id prohibent, licet vero mare illis in locis sale copioso polleat, au-
ge-

getur tamen & mole & dulcedine, siquidem aqua salta uti per sal fixum gravior est, ita fundo quoque vicinior hæret, aqua dulci utpote leviori illi supernatante, quæ cum tenuis & subtilis sit, facile frigore circumstante, *Et aqua partibus Roha. salis particulas comites non habentibus, salugine deposita, in glaciem T. R. concrevit quæ etiam dulcis ideo Ph. est, quod aqua salior condensata part. 3. frigore, gravitate sua subsidat, dulcis vero exuta salitudine, & nivibus pluviisque continuo aucta, uti levitate sua, graviori supernatat, ita circumfuso gelu facile constringitur: Nam ut experientia docet, aqua salta Kirck. ob crassitiam & pinguedinem tanto l. hydr. in glaciem difficilior, quanto dulcis 3. Cor. ob levitatem facilius abit. rol. 2.*

§. XII.

Amnes vero dulcibus, ut plurimum, licet scateant aquis, salios *Cartes. tamen esse dum è mari proveniant cap. 3. de Sale nullus inficias ibit; constituit enim p. 135. divina sapientia in intimis terræ §. 6. tha-*

thalamis ad necessarios naturalium rerum usus varia antra, cryptas atq; meatus, quorum nonnulli in extrema ter-

Roba.

part. 3.

Philos.

p. 505.

§. 7.

re superficie aditum pandunt, alii hominibus inaccessi in intimis Geocosmi penetralibus conduntur, per hos dum flumina arena aqtue scopulis refertissimos, præcipiti lapsu cadunt, demissis intra terram angulosis suis partibus, sale suo exiit aqua marina; pro ut genus aliquod liquidi, per cribrum percolando, sordes suas, quibus infectum erat, in eo relinquit, & solus purus liquor transmittitur: ita partes Salis cum non sint flexiles, ut particulae aquæ dulcis, per illos anfractus, quæ circa arenarum grana reperiuntur, labi non possunt, sed ab aqua per varias arenas percolata transfunduntur & in superficiem terræ effusa separantur; unde dulcis aqua necessario sequitur. Non opinandum autem ad aquarum transcolationem requiri ut pori, per quos transmittuntur angustissimi sint, quoniam

eorum aditus confestim à primis
 salis particulis præcluderetur, &
 dulcibus aquæ partibus omnis tran-
 situs impediretur, sed requiritur
 potius, ut aquæ per corpora trans-
 funduntur, quæ parentes salis meatus
 habent, in quibus anguli & fle-
 xus reperiuntur salis partibus re-
 tinendis idonei. E re quoque erit ut
 corpus illud quod præter grediantur,
 satis magnum & compactum
 sit, ut aqua quæ paulatim defluit, &
 omnes salvas partes simul deponere
 non valet sufficiens spatium offen-
 dat, in quo hic unam ibi alteram ex-
 uat, prout angulis aut flexibus à
 quibus retardatur, occurrerit, ac
 proinde aliquid temporis interval-
 lum requiritur, ut omnes depo-
 nat priusquam totum percurrerit.
 animadvertit autem hominum in-
 dustria in quibusdam puteis a ma-
 ri remotioribus aquam salvas re-
 periri, cum vero terra multis planis
 rimis fatiscat fieri facile potest ut
 non satis percolata ascendat, exinde

tamē non negamus vicinos mari puteos reperiri aqua dulci abundantes, ea tamen lege ut rivulos suos non ex mari, nisi perlatis obliquas rimas unde percolatione facta in puteum ascendant, sed ex fluminibus vel subterraneis, vel aliis locis aqua dulci scatentibus proveniant & aquæ suæ puteos commonefaciant. Metuendum autem non est universas illas aquas dulces quæ quotidie in mare ruunt neque ejus magnitudinem augere neque abeuntes falsedinem admodum minuire. *Sal* enim ex aqua oceani non absumitur tanta copia ut magna restauratione egeat.

§. XIII.

Hinc à curiosis animadverti potest, quo pacto in regionibus quibusdam earumque montibus nonnullis *ut excellentissime* in transylvanicis quam permultis, magnæ salis moles instar lapidum aut petrarum concreverint. In Africa dicit Kirck. ingentes salis acervos inveniri collium speciem exhibentes, ita solis ardoribus condensatos ut ne imbribus lique-

Cartes:
loco in
sup:
alleg:
Varē: 9
lib. 1.
Geogr:
gener:
prop. 8.
p. 185.
Arnold.
Geu-
linx.
disp. 10.
de re-
cip. ma-
ris §. 9.

quæſcant, ferro vero difficulter cæ-
 dantur. *Non procul* Aſtracano, mon-
 tes duo memorantur tam ingentis *Petrus*
 molis, tantaq; ſalis copia, ut quam- *Petra-*
 vis ſingulis diebus viginti millia *jus in*
 fruſta ligonibus vel rutris excin- *descri-*
 dantur, tamen ne minima quidem *ptione*
 pars detracta eſſe videtur, eadem *Ruſſia,*
 quantitate indies concreſcente.
 Hæc ſatis exiſtentiam præter ea
 quæ in ſectionis ſecundæ paragra-
 pho prima attulimus probat: ne-
 xum vero caularum majori cum
 indagine conjunctum Neotherici
 hunc in modum expeditum dant:
 Si conſideremus aquam in conca-
 vitates illorum aliquando illuc a-
 ſcendiſſe, particulas flexiles aquæ
 dulcis, illinc præterea per terræ
 meatus huc & illuc defluxiſſe, in-
 flexiles vero ibi quaſi feces, quæ nihil
 aliud ſunt quam ſalpuriffim⁹, reman-
 ſiſſe & per longa temporum inter-
 valla, inſtar lapidum duriffimorum
 propter quietem continuam, radi-
 orum ſolarium ardore, per rimulas

Jacob.

Rob:

Tract.

Physico

part. 3.

Carte-

sus

princi-

piorum

Phil.

part. 4.

montium & riparum semet insinu-
 antium illic concrevisse; *sicut salis*
 partes agiles non sunt & flexi-
 les uti aquæ partes, intelligere fa-
 cile est, si confusæ utræque occur-
 rant ad transitum per poros obli-
 quos, aquæ tantum partes permea-
 turas, salis vero hæsitaturas in an-
 tractibus illis occurrentibus. Cum
 fieri etiam possit ubi viæ sunt sa-
 tis aptæ facile salis particulæ à par-
 ticulis aquæ dulcis, nec non aëre,
 hisce meatibus incluso perque of-
 fenlas rimas, vi irrumpente, *per cor-*
poris duri declivitatem sursum attol-
 luntur, cumque vi ibi detinentur,
 vix inde discutuntur, sed ibi rema-
 nent atque sal fixum, constituunt.
 Quod experiri licet in vase cujus
 labra sunt nonnihil repanda *dum*
aqua salsa in eo evaporatur, omnes
ejus oræ salis crustâ vestiri solent
 Nec injuria aquarum ipsis nocere
 possit ut in altum adeo provectæ
 virtute siderum atque exsiccatae
 sint, difficulter admodum liquecant,

que-

quoniam omni humore careant, nec liquoris aliquid restet, quod earum mollitionem adjuvet, & eo modo eas inflectat quo ad fluiditatem requiritur. Loci tamen naturæ ratio summa habenda est ubi namque ea huic negotio peragendo non suggerat occasionem facile *montes salinos* à primordio rerum cum Plinio & aliis concedimus extitisse.

SECTIO QUARTA,

§. I.

Luculenta face causa naturali salis communis terraquei globi considerata, recto tramite accedamus ad proprietates, cum enim sal mirum in modum se habet ad pungenda linguæ filamenta, causam ejus rei exinde provenire non ambigimus asserere; *figura longa & erecta* particularum salis eas disponit ad motum multo faciliorem, punctim procedendo quam transversim atque ut præterea inflexiles sunt, & ex partibus rigidis maxime constant, quæ in cuspides ere-

35

Le

Grand

Hist:

natur:

Foss:

Art. 3.

p. 219.

§. 2.

Lib. 32.

cap. 7.

Kirck:

p. 299.

Ro-

hault:

part. 3.

TR. Pb.

c. 4. §. 5.

Arnold
Geul-
linx.
in disp.
phys. de
recip.
Maris
p. 221.
§. 6.
p. 128.
§. 194.

erectæ punctim in linguæ meatus
incidunt, & ejus fibras penetrant
atque saporis sensum acutissimum
excitant. Sunt enim salis particule te-
lorum instar quæ vibratæ poros
lubeunt, & magna vi ejus minutias
concutiunt ac divellunt. quod idem
probat Joh. Svicerus *salium minu-
tie rigide* & spiculorum instar ob-
longæ sunt. Unde diffitentes sapo-
rem salsum in eo consistere, quod
*partes salis in poros linguæ punctim
incidant, cum eas transversum attingere
possunt, notare debuissent, acum non nisi
cuspide pungere, nec gladium sine acie
scindere, reliquis autem suis partibus
nullum posse vulnus infligere; Unde quia
in qualibet salis mica permultæ hu-
jusmodi cuspides inveniuntur, non
potest magis contingere, ut illa in
ore liquecendo, nullas cuspides in
linguæ poros immittat, quam si
quis nudis pedibus supra spinas
ambularet & nullam læsionem pa-
teretur. Hoc ipso tamen non dero-*

gamus *salis chymico suam virtutem in*
 acedine excitanda juxta lingvæ fi-
 lamenta à salis communis sapore
 Parum licet discrepante ratione ta-
 men aliarum qualitatuum magnope-
 re discernitur: fixum quidem pro-
 pter gravitatem suam in decoctione
 non elevatur, Sed in fundo va-
 sis remanet. At volatile sal est
 spirituosum & nihil aliud nisi
 subtilissimus spiritus, qui levissimo
 igne elevatur, atque ideo in distil-
 latione cum ipsa dulci aqua ascen-
 dit & arcte unitus est propter sum-
 mam subtilitatem. Nec tantum in
 aqua marina, sed omnibus fere cor-
 poribus hoc sal volatile cum fixo sale
 reperire Chymia probat quod expe-
 rientissimus, Doct. N. Vallerius ner-
 vose atq; abunde ostendebat; verū in
 quibusdam majori, in aliis minori co-
 pia, majori quidem in herbis acris,
 minori in insipidis & oleaceis: magni
 quidem operis est discrepantiā inter
 fixi salis & Chymici saporem osten-
 dere verū, sagacissimus Rohault hoc

*in disp.
 putz
 publ:*

38 onere nos levat afferens: sal fixum
Roh. eo tantum nomine nervos commo-
IR. Ph. veat, quod punctim illis se admo-
part. 3. veat, cum salis chymici partes et-
cap. 4. iam â lateribus incidendo actionem
p. 538. exserere queant.

§. 39.

§. II.

Phil.

Burg.

part 2.

de met:

cap. 4.

At mire non afficiet nos, cur sal
ab aqua distillatione difficulter
separatur cum tamen in medio O-
ceano aqua pluvialis dulcis est non
minus ac in terra, licet ea genera-
ta sit per abstractionem halituum ex
oceano factam fervore & Calore so-
lis, aut etiam actione ignis subter-
ranei, quæ evaporatio parum differt
â distillatione? si consideremus len-
tam quandam & levem evaporatio-
nem, qua subtilior elevatur pars ex
Oceano, quæ etsi magnam partem
spiritus salini Volatilis concludat, ta-
men minori copia eum habet, ac si for-
tiori calore facta esset evaporatio.
Longâ etiam viam, per quam vapor
transit, inspiciamus anteqvâ in eum
locum perveniat, ubi in pluvias con-
den-

densatur: aliarum quoque particu-
 larum in aere existentium admi-
 stionem. Halituum insuper ex O-
 ceano sublatorum in nubes conden-
 sationem, unde aut conjunctæ hæ
 particulæ præcipites feruntur aut e-
 tiam in minores subdivisæ, ignicu-
 lis in altiorem locum avolant, quæ
 omnia facile rem dant expeditam
 cur dulcis potius in hujusmodi eva-
 poratione aqua sequitur quam in
 distillatione ubi propter parvam vi-
 am adhuc nimis arctè conjungitur
 spiritus salinus particulis aqueis, Co-
 arcetur quoque vapor vase, neque
 liberum evolanti spiritui exitum
 concedit.

*Vare-
 nius G.
 G. Part
 abs: lib.
 1. prop.
 II.*

§. III.

Agris sterilitatem expugnat sal &
 terræ insignem fertilitatē addit,
 hinc ejus aspersu agri quoq; feraces
 efficiuntur, fructumque producant;
 Sal enim agrorum meatus penetran-
 do, noxiam humorem excutit ubi
 plus satis palustres sunt & nimia
 uli-

*le
 Grand
 Art 3.
 de Sale.*

uligine referti; exsiccandi enim vim
 habet sal & humorem e corporibus
 amovendi. fœcunditatem quoque ef-
 ficat moderatus illius in condimen-
 tis usus in mulieribus obesis & quæ
 magna ex parte effœtæ sunt ut fœ-
 cundæ fiant & conceptui idoneæ.
 Hoc ex eo potissimum oritur, quod
 sal omnem uliginem abstergat, vul-
 vamque plus satis udam & madi-
 dam exsiccet, ac demum efficiat, ut
genitale semen facilius utero, minus
 lubrico, adhæreant. Non mulieribus
 modo sed ipsis viris lumbos incitat,
 acrimonia per eos transfusa, terti-
 ginem movet. Et omnibus denique
 animalibus homini autem ut ani-
 mantium nobilissimo nec non reli-
 quis, ob suam cum corpore huma-
 no analogiam insignem præstat u-
 sum; vasa enim vitiosis humoribus
 oppleta totumque corpus cruditatis
 lue infectum pervadit sal & cru-
 ditates populando proritat atque
 pervadendo abstergit prout vir Ce-
 leberrimus nuper docuit.

Doct.
 N. Val-
 lerius
 in le-
 ctioni-
 bus
 publ: &
 riv.

Ex hisce & iis quæ in superioribus
 innum⁹ facile constat, qua ratio-
 ne salis particulae carnes à putredine
 arcent, eadem enim figura rigidi-
 tati juncta, efficit ut pervadere va-
 leant poros carniùm easque à pu-
 tredine vindicent; *Quia salis partes*
punctim carniùm meatus ingredi-
endo, non tantum humorem tol-
lunt, liquidasque partes depopulan-
tur sed ad modum paxillorum se ha-
bent; ibi enim occupant locum tan-
tundem materiæ crassioris quam
 expellunt; Et cujus agitatio cæte-
 rarum partium dissipationem pa-
 rere posset amplius subsistentes in-
 ter particulas carniùm, quasi toti-
 dem exigui clavi, firmi & inflexi-
 les, qui eas invicem unitas conti-
 nent, impedimento sunt, ne aliæ ma-
 gis lubricæ seu plicatiles mixtæ, il-
 las concutientes, loco moveant, atq;
 ita corrumpant corpus, quod com-
 ponunt, hinc fit carnes aliosque ci-

Le
Grand
Hist:
Natur.
Foss.
p. 220.
§. 4.

42 bos absque putredine servari, imo tractu temporis durescere.

§. V.

Non miramur sane salem in igne crepitare, si consideremus corpora, quibus insunt multæ particulæ tenues, flexiles, lubricæ, aliis crassioribus aut ramosis intertextæ, sed non valde firmiter annexæ, igni admota illas exhalant, hocque ipso siccantur. Nihil aliud enim est siccum esse, quam *carere fluidis illis particulis*, quæ cum simul sunt congregatæ, aquam aliumve liquorẽ componunt. Atque hæ fluidæ particulæ corporum meatibus inclusæ, illos dilatant, aliasque ipsorum particulas motu suo concutiunt; quod eorum duritiem tollit, vel saltem imminuit: sed iis exhalatis, aliæ quæ remanent arctius jungi, & firmitus necti solent, sicque corpora durescunt quod in sale deprehendere licet, *ubi perpendendũ particulas aliquas aquæ dulcis cum salis partibus quæ ejusmodi grana constituunt coherere*

*Cartes.
de Sale
cap 4.
§. 2.
p. 124.
§. 2.*

*Le
Grand.
Art. 3.
Hist.
Nat.
p. 218.*

rere posse; quæ medio in granorum includuntur & quamdiu non agitantur conglobatæ ibi remanent: sed accedente intenso calore, qui fat virium, quo se dilatantur, impertiat, tunc id contigit disrupto cum fragore carcere: Eaquæ de causa salis grana igni injecta crepitant: Si enim nullam aquæ particulam in se concludant imo si conterantur & in minutum pollinem reducantur, non cum strepitu resiliunt, quoniam illorum claustra jam effracta esse supponuntur & nihil amplius liquoris inter cæteras partes contineri, quæ ignis appositu dilatentur, unde proprietate crepitandi tunc temporis spoliantur.

§. VI.

Dictis addere licet *παρεργῶς* uxoris Loth transmutationem in statuam salis, Sacri Codicis ductu, quod nonnullos mire torquet, cur non in quodvis aliud saxum aut truncum fuerit conversa, sed in salinum simulacrum, hujus rei causam

Gen:19.

26.

Sap:10.

7.

Luc:17.

32.

lam

sam non male asserimus, alteram
 Physicam alteram Moralem, Loci
 enim naturam ex omnium histori-
 corum monumentis, sale refertissi-
 mam deprehendimus, unde potius
 in istiusmodi mistam, quo Campus
 Sodomæus redundabat, quam in a-
 liud quoddam, quo carebat, trans-
 formatam, haud vero absimile sta-
 tuimus. Accedit moralis, quod sicut
 admonitione divina prævia, stulta
 mulier sapere noluit, ita damno suo
 in salis statuam conversa, formidabili
 suo exemplo, inspicientes poste-
 ros & inultos mortalium animos
 moneret, non contemnendum esse,
 quod divini Numinis exacerbata,
 mens tanto rigore & severitate, ju-
 sto suo iudicio vindicaret. De

Kirck:
lib. 6.
sect. 4.
de El.
terra.

qua huiusmodi Ænigma,
 profertur.

*Cadaver nec habet suum sepulchrum,
 Sepulchrum nec habet suum Cadaver,
 Sepulchrum tamen & Cadaver intus.*

SIT DEO GLORIA IN SEMPI-
 TERNA SECULA.